« 20. [...] Respondetur, quamvis creaturam intellectualem esse per se, et ab intrinseco determinatam ad appetendum suam felicitatem, suumque bonum, et aliquem ultimum finem in universali, ita ut circa hoc deficere nequeat. Caeterum in particulari non est sic determinatus motus voluntatis creaturae ad quaerendam felicitatem, suumque bonum, ut ultimum finem in hoc, vel illo [a] ; licet sic determinata ad volendum proprium esse secundum se, et in particulari sumptum [b]. Et ideo, quoties proprium esse, propriaque volentis natura est esse summum bonum, et ultimum finem, toties voluntas est determinata ad volendum semper in particulari suam veram felicitatem, suumque verum et summum bonum, suumque itidem verum et ultimum finem, sive rationem finalem [c]. Attamen quoties volentis natura non est esse summum bonum, et verum ultimum finem, toties praedictus volens suae naturae relictus, potest peccare in volendo suum verum, et ultimum finem in particulari, seu volendo pro ultimo fine in particulari se ipsum, vel aliquid aliud, cui revera non competat in speciali ratio talis finis, sive hoc fiat per errorem simul speculativum, et practicum, sive per naturalem inconsiderationem, ut in creaturis perfectioribus, nempe in Angelis, saltem in suo peccato omnino primo contingere docet D. Thomas in hoc articulo in solutione ad 4 et nos infra id latius explicabimus [d] » (p. 524).

Cette réponse est particulièrement révélatrice.

Les propositions [a] [c] et [d] affirment très clairement les principes au titre desquels l'impeccabilité absolue ne convient qu'à Dieu et nullement à la créature : Dieu seul est le Souverain Bien.

D'autre part la proposition [b] affirme non moins clairement que si l'ange est « impeccable » dans l'ordre naturel, ce n'est pas parce que sa nature le détermine volontairement à rechercher sa fin dernière en lui-même (ce qui contredirait [d]), mais seulement parce que, à la base et au départ même de sa vie psychologique, l'ange se trouve subjectivement déterminé *ad volendum proprium esse secundum se, et in particulari sumptum*.

<sup>15</sup> « 20. Neque etiam refert, si tertio contra eandem rationem objicias, quod licet in creatura intellectuali nequeat reperiri omnis ratio boni, nihilominus est per se, et ab intrinseco determinata ad amandum se, et proprium bonum : ergo cum praedicta creatura, si sit perfectissima, debeat cognoscere suum maximum bonum situm esse in hoc, quod ordinet se in omni sua operatione in Deum, ut in ultimum finem, inde erit, ut sit omnino determinata ad sic se ordinandum : et per consequens, quod sit omnino indefectibilis » (p. 524).



D'accord, mais cette détermination nécessitante est d'ordre ontologique et psychologique; elle commande l'amour ontologique intra-élicite dont nous avons parlé, et celui-ci n'est pas un amour de libre-option, ayant valeur morale. Le *proprium esse* d'une créature ne doit d'aucune manière avoir pour celle-ci raison de Souverain Bien.

### C. La volonté comme règle de moralité

#### I. Argumentation du P. Antoine

Le P. Antoine argumente ainsi contre les tenants de l'impeccabilité absolue : aucune volonté créée ne peut être la règle ultime de son opération, du point de vue moral.

« 21. Secunda ratio assertionis traditur a D. Thoma in hoc articulo, et per eam ratio praecedens confirmatur, et elucidatur, potestque sub hac forma proponi. Quoniam *illa sola virtus activa nequit deficere a rectitudine, et ordinatione debita suae operationi, seu non habere operationem inordinatam, quae est regula ejusdem operationis* : sed inter virtutes volitivas sola voluntas divina est regula operationis, non vero voluntas aliqua creata : ergo inter virtutes volitivas sola voluntas divina nequibit deficere a rectitudine suae operationis seu non habere operationem inordinatam ; secus vero caeterae aliae voluntates creatae : et per consequens sola voluntas divina erit impeccabilis per se, et ab intrinseco ; non vero aliqua alia voluntas creata [a].

» Haec secunda consequentia ex priori aperte sequitur. Quoniam peccatum, sive in naturalibus, sive in artificialibus, aut in moralibus importat defectum rectitudinis, et ordinationis debitaee actui, vel inordinationem ejusdem actus. Prima vero consequentia ex utraque praemissa satis liquet.

» Minor autem etiam est perspicua. Tum, quia sola voluntas divina non habet voluntatem superiorem sibi, per quam debeat regulari, cum tamen *quaelibet voluntas creata habeat supra se voluntatem aliam superiorem, nempe voluntatem Dei, cui subjici, et per quam regulari debet [b]* : sicut voluntas militis, quia habet supra se voluntatem aliam superiorem, nempe Ducis exercitus, idcirco illi subjici, et per eam regulari debet ». <sup>16</sup>

<sup>16</sup> Le P. Antoine poursuit : « Tum etiam quia sola voluntas divina est, quae non ordinatur ad aliquem ultimum finem a se ipsa distinctum ; sed ipsa, quippe, quae est summum bonum, est etiam ultimus finis. Cumque ultimus finis sit regula voluntatis, et operationum ipsius, inde erit, ut sola voluntas divina sit regula suarum operationum ; non vero aliqua alia voluntas creata, quae hoc ipso, quod creata, non habet rationem summi boni, nec veri ultimi finis, sed

« 24. [...] Deinde quomodo *voluntas creata respectu omnium operationum, quibus versatur circa bonum absolute, et simpliciter, ac proinde tam ordinis naturalis, quam supernaturalis, nequeat esse sua regula, neque habere illam congenitam, seu esse determinata ad illam, constat ex dictis pro priori ratione [c]*, et ex his quae Angelicus Praeceptor in hac posteriori ratione tradidit, dum dixit, quod voluntas creata habet, ut sibi superiorem voluntatem Dei ». <sup>17</sup>

« Et similiter hoc etiam satis insinuavit D. Thom. dum in hac posteriori ratione dixit, *solam voluntatem divinam esse verum, et ultimum finem, tam in ordine naturali, quam supernaturali: ac proinde solam ipsam esse bonum utriusque ordinis, non vero aliquam aliam voluntatem creatam*. Quoniam hinc satis deducitur; nullam voluntatem creatam posse per se, et ab intrinseco esse adhuc determinatam ad eliciendos omnes suos actus rectos, et ordinatos in praedictum finem, et per consequens conformes ipsi, ut regulae eorum: tum propter rationem modo tactam [d]: tum propter illa, quae nuper in ultima impugnatione solutionis adversariorum ad primam rationem D. Thomae dicebamus, nempe, *nullam voluntatem esse determinatam per se, et ab intrinseco, ac indefectibiliter, nisi ad amorem sui, et propriae naturae secundum se sumptae, a qua oritur, necnon et aliorum, quae per se, et intrinsece perti-*

debet ordinari ad ultimum, et supremum finem ab ea distinctum, qui sit suprema illius regula.

» Major vero ejusdem primi syllogismi probatur, tum exemplo, tum etiam ratione. Exemplo quidem. Nam si manus artificis esset ipsa regula incisionis, numquam posset artifex, nisi recte lignum incidere: sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula, ut in artificibus creatis contingit, tunc etiam accidit, praedictam incisionem esse rectam, et non rectam. Ratione vero eadem major ostenditur. Nam cum operatio debeat esse juxta modum virtutis operativae, oportet, ut hoc ipso, quod virtus operativa sit regula suae operationis, quod praedicta operatio debeat exire consona suae regulae, et per consequens non deficiens a rectitudine, et conformitate cum regula sibi debita; secus vero, si virtus operativa non sit sua regula: quia operatio solum debet necessario procedere juxta modum, et rationem virtutis operativae, a qua exit » (p. 525).

<sup>17</sup> Le P. Antoine poursuit: « Quia cum voluntas divina, ut est voluntas Dei auctoris supernaturalis, sit superior respectu voluntatis creatae, non utcumque, sed per modum intendentis finem superexcedentem ejus virtutem connaturalem, nec poterit voluntas creata esse formaliter, aut identice praedicta regula, nec esse per se, et ab intrinseco determinata ad conformandum se illi: alioqui subjectio, et conformitas supernaturalis cum voluntate Dei, ut auctoris supernaturalis, non esset superexcedens respectu illius, sed per se, et ab intrinseco omnino connaturalis, ac debita alicui substantiae, aut virtuti naturalis creatae, aut creabili: quod (ut diximus) contradictionem involvit. Nec valebit habere illam naturaliter, et per se, ac ab intrinseco congenitam: quia regula ista tantum posset esse sic congenita, quatenus intellectus esset ab intrinseco determinatus ad proponendum voluntati creatae id, quod est consonum regulae, nempe voluntati, et volitioni divinae in ordine ad finem supernaturalem: cum tamen nullus intellectus ordinis naturalis, quippe inferioris ordinis, possit absque divina revelatione, atque adeo absque dono gratiae id consequi. Unde (quoad praesens) in idem redit, esse aliquam voluntatem determinatam ex se, et ex natura sua ad sequendam praedictam regulam, et intellectum habere ex se determinationem ad proponendum practice eandem regulam, ac esse plene eandem regulam, esseque plene ipsum ultimum finem, ut explicatum est » (pp. 526-527).

*nent ad talem naturam [e]. Ex hoc autem solum sequitur, Angelum esse determinatum ad dilectionem Dei, ut ultimi finis naturalis et directionem ejusdem naturae, et operationum connaturalium ejus in dictum finem, ut supra dicebamus [f]; non tamen ad directionem in Deum, ut in ultimum finem supernaturalem; sed hoc solum reperitur in voluntate, quae est simul voluntas, et ipse verus, ac ultimus finis ordinis supernaturalis et divini, ut loco citato explicuimus [g] » (p. 527). — C'est nous qui avons souligné.*

Les textes [a] [b] [c] et [d] formulent littéralement l'essentiel de notre thèse : toute volonté créée doit se soumettre à la volonté divine, comme à sa règle et fin suprêmes, et aucune volonté créée ne peut être proportionnée de manière congénitale à cette règle infiniment transcendante, *bonum absolute et simpliciter*, ni dans un ordre naturel, ni dans un ordre surnaturel.

Le P. Antoine affirme néanmoins en [e] et en [f] que déterminé à l'amour de sa propre nature, et de ce chef à l'amour de Dieu, fin dernière naturelle, l'ange est ainsi moralement impeccable dans l'ordre naturel.

C'est toujours la même confusion. Ni dans l'ordre naturel, ni dans l'ordre surnaturel, l'ange ne peut être, de soi, métaphysiquement déterminé face au *bonum absolute et simpliciter* de la Volonté divine, règle de moralité [a] [b] [c] [d]. Il y a bien chez l'ange un amour naturel de Dieu [e] [f], mais sur une base et dans une perspective qui ne sont, comme telles, ni morales ni immorales et qui ne fondent pas plus l'impeccabilité de l'ange non révolté que la moralité de l'ange révolté, en lequel demeure cet *appetitus naturalis* de l'essence divine.

[g] Oui, seule la volonté divine est connaturelle à la fin dernière surnaturelle, et c'est pourquoi la volonté divine, règle de moralité, est infiniment au-dessus de toute nature créée et créable, et, en ce sens, « sur-naturelle », même dans l'ordre naturel.

Pour être moralement bon il faut s'accorder au *vouloir* divin : « *solam voluntatem divinam esse verum et ultimum finem, tam in ordine naturali, quam supernaturali* » [d]. On ne peut mieux dire. C'est vrai, même « in sensu diviso », même dans l'ordre naturel. Tout est là.

## 2. La « *regula congenita* »

Le P. Antoine se formule l'objection suivante : si, dans les perspectives de l'ordre naturel, l'on possède la règle de moralité comme inviscérée au plus intime de son être (*regula congenita*), on est alors impeccable de

manière universelle et absolue, fût-ce dans l'ordre surnaturel. Voici sa longue réponse <sup>18</sup> :

« 25. [...] Respondetur enim ex dictis, et ex Cajetano in praesenti, quod dupliciter potest aliqua virtus operativa esse regula suae operationis ; vel formaliter, aut identice, quo pacto voluntas divina est regula suarum operationum, vel tantum virtualiter, in quantum ex propria natura facultas operativa procederet determinata ad conformitatem cum ea, quod est virtualiter, aut quasi virtualiter continere ipsam regulam, non quidem eminenter, sed participative, sicut in effectu dicitur esse virtus suae causae. Et ita sensus majoris propositionis D. Thomae juxta hunc modum explicandi ipsum erit, quod illa sola potentia operativa est indefectibilis in rectitudine suarum operationum, quae est sua regula formaliter, aut identice, vel virtualiter, aut quasi virtualiter [a] » (p. 527).

« [...] recta operatio (naturalis tamen) intellectus Angelici circa verum speculativum, et naturale non est adeo elevata, ut tam ipsa, quam determinatio ad eam non possint esse omnino connaturales suo intellectui, atque adeo intellectus Angelicus erit saltem virtualiter regula praedictarum operationum [b]. Cum tamen operari bene moraliter in omni actu, sive supernaturali, et determinato ad hoc, nequeant per se, et ab intrinseco convenire voluntati creatae, ut explicatum est [c] » (p. 528).

« 26. [...] ut bene notavit Cajetanus in praesenti, divus Thomas non intendit, quod inter virtutes omnes operativas sola virtus operativa Dei sit regula suae operationis, sed quod inter voluntates, ac proinde inter naturas intellectuales, sola divina voluntas, solaque Dei natura hoc per se, et ab intrinseco habeat, et non utcumque, sed in omni sua operatione, ac proinde secundum quod versatur non circa bonum particulare praecise, sed circa bonum absolute, seu in omni suo ambitu [d]. Et propterea etiam voluntas creata, et natura intellectualis creata potest esse regula proxima, sive formaliter, sive virtualiter aliquarum operationum ab ea procedentium, non tamen omnium [e] : ideoque (ut dubio sequenti dicemus) dabilis est voluntas, et natura intellectualis creata, quae per se, et directe non possit deficere circa bonum particulare, nempe circa bonum praecise naturale [f]. Et similiter habitus naturales virtutum acquisitarum possunt inclinare ad bonum immobiliter : quoniam ordinant ad bonum particulare, et sunt rationes ejusdem boni particularis.

» Ratio autem, ob quam discursus D. Thomae solum procedit in voluntatibus et non utcumque, sed respectu omnium operationum ab

---

<sup>18</sup> « 25. Unde nihil oberit, si contra solutionem hujus objectionis urgeas interpretationem datam non videri consonam verbis ejusdem S. Doctoris. Quoniam per hoc, quod aliquid habeat regulam congenitam, seu sit ab intrinseco determinatum ad illam sequendam ; non habetur, quod sit sua regula : cum tamen Angelicus Praeceptor solum dixerit, solam virtutem activam, quae est sua regula, esse omnino indefectibilem » (p. 527).

eisdem procedentium, ita ut nulla possit deficere, ac proinde tantum procedit de voluntate, ut fertur ad bonum absolute, et in omni suo ambitu, iterum, atque iterum adducta est a nobis ex eodem S. Doctore, nempe, quia non inconvenit, principia indefectibilia tendentia in bonum particulare naturale, et quae sunt rationes operationum naturalium esse omnino connaturalia alicui voluntati, non tamen principia indefectibilia omnium operationum ejus, scilicet, tam naturalium, quam supernaturalium, quaeque in bonum absolute, et simpliciter, et in Deum, prout est in se, et continentem secundum hanc rationem omne bonum, tendunt [g].

» Quae quidem ratio potest explicari, et confirmari ex eodem Cajetano in praesenti, et ex his, quae n. 17 dicebamus. Quoniam loquendo de aliquibus operationibus aliorum agentium naturalium, et de aliquibus operationibus ordinis naturalis voluntatis creatae, tunc praedictae operationes ordinantur ad unum, mediante quo respiciunt Deum, ut ultimum finem naturalis esse; et ideo ad eas regulandas sufficit ratio unius boni: et cum sit bonum particulare, et ordinis naturalis, non mirum, quod sit connaturale alicui creaturae ejusdem ordinis [h]. Operatio vero in omni suo ambitu voluntatis creatae potest tendere in omne bonum, ac per hoc ordinatur ad ultimum finem in se ipso; et per consequens ut includit omnem rationem boni. Et ita ad regulandam eam exigitur omnis ratio boni: quam, constat, non posse esse omnino connaturalem alicui creaturae; quia sic ex vi suae naturae haberet omne bonum simpliciter, ut explicatum est [i] » (pp. 528-529).

Nos réflexions seront toujours du même ordre.

Nous n'avons aucune difficulté à admettre les distinctions proposées et appliquées en [a] et en [b]: il n'y a aucune contradiction à ce que, sans être lui-même le Souverain Bien, l'ange soit indéfectible dans son ordre propre, à son niveau connaturel, mais la règle suprême de moralité transcende précisément cet ordre et ce niveau, et l'ange est libre à son égard.

Par ailleurs les affirmations [c] [d] [e] [g] [i] expriment fort bien, de nouveau, cette vérité fondamentale: aucune volonté créée ne peut être connaturelle au Souverain Bien, tel qu'il est en soi, à Dieu, *prout est in se* [g].

Que l'ange ne puisse ni se tromper ni déchoir ni fauter directement d'aucune manière « circa bonum particulare », « circa bonum praecise naturale », à son propre niveau, que son péché ne soit pas directement *contra naturam angelicam*, c'est la vérité de l'affirmation [f]. Le péché de l'ange consiste pour celui-ci à refuser d'accepter *dans l'amour de Dieu* sa condition de créature, sans que ce péché implique aucune autre « matière » particulière, hormis l'hypothèse d'un précepte divin, positif, complémentaire (naturel ou surnaturel).

Que l'explication donnée en [h] soit parfaitement recevable du point de vue de l'*appetitus boni*, amour ontologique intra-élicite, c'est l'évidence même, car ce désir de Dieu demeure jusque chez le démon, mais nous sommes là en dehors de l'axe et des perspectives de la moralité. Il n'y a là aucune soumission morale à la Volonté divine comme telle.

Remarquons les expressions révélatrices du texte [h] : *unum, bonum particulare ordinis naturalis, mediante quo respiciunt Deum, ut ultimum finem naturalis* esse (souligné dans le texte), *bonum connaturale alicui creaturae*. On ne peut mieux caractériser l'objet spécifique de l'amour ontologique intra-élicite, tel que l'analyse Jacques Maritain.

Et le texte [i] vient immédiatement nous rappeler de manière très opportune que la rectitude morale ne peut être connaturelle ni congénitale à aucune créature : *ordinari ad ultimum finem in seipso* (c'est bien la rectitude morale) *non posse esse omnino connaturale alicui creaturae*. L'auteur ne peut donc pas éviter la contradiction : cette dernière affirmation est notre thèse même.

### 3. Instance de l'adversaire

Les partisans de l'impeccabilité absolue ne désarment pas encore. Ils objectent : la détermination de l'intelligence et de la volonté d'une créature à l'égard du bien moral, même dans l'ordre surnaturel, n'implique pour autant aucune infinie perfection en cette créature dont l'intelligence et la volonté ne sont pas infinies.<sup>19</sup>

<sup>19</sup> « 28. [...] non implicat contradictionem, dari creaturam rationalem, quae ex parte intellectus habeat ex natura sua sufficientem vim, qua discernat inter bonum, et malum morale, et ex parte voluntatis indifferentiam circa diversa objecta bona cum determinatione ad bonum morale ut sic, tam respectu finis naturalis, quam supernaturalis : ergo talis creatura erit ex natura sua impeccabilis respectu utriusque finis. Patet consequentia. Quia peccatum consistit in aliqua deviatione a fine ultimo : quae tamen nequit competere voluntati ex natura sua determinatae ad bonum respectu utriusque finis, et directae per intellectum habentem praedictam vim.

» Antecedens autem probatur. *Tum, quia omnia ista secundum gradus finitos, et limitatos non important infinitam perfectionem : et ita non est cur implicet communicari alicui creaturae. Tum, quia de facto nostra voluntas habet determinationem circa bonum in communi, et indifferentiam circa bona particularia : ergo similiter non repugnabit esse determinatam respectu boni honesti in communi, ut opponitur malo morali et remanere cum indifferentia circa particularia bona honesta : ac proinde nec repugnabit ex parte intellectus creati, quod hoc modo proponat per se, et ex natura sua praedictum bonum. Tum deinde, quia indifferentia ad bonum, et malum morale non est de intrinseco conceptu voluntatis liberae sumptae in communi, quia alias etiam esset de essentia voluntatis divinae : nec in particulari acceptae, idest, voluntatis liberae, quatenus creatae, quia ad libertatem hujus sufficit indifferentia ad diversa bona moralia ; quamvis non habeat illam circa bonum, et malum morale ut sic, sed debeat esse determinata ad bonum morale » (p. 529).*

Nous nous intéressons à la réponse du P. Antoine dans la mesure où, réfutant une thèse évidemment contradictoire, l'auteur met encore en lumière, selon nous, le principe-clef qui commande la peccabilité de l'ange en toute hypothèse. Le P. Antoine écrit en effet :

« 29. Respondetur ex dictis, negando antecedens quoad utramque partem. Et ad primam probationem dicendum est, implicare contradictionem, creaturam intellectualem habere praedictam determinationem ad bonum honestum per se, et ex natura sua secundum gradus finitos, et limitatos, sed hoc debere ei convenire in tota sua amplitudine, quia (ut constat ex rationibus D. Thomae) id arguit infinitam perfectionem, et omnem rationem boni [a].

» Ad secundam probationem patet etiam ex dictis, concedendum esse antecedens, et negandam consequentiam. Quia habere determinationem ad bonum in communi, *sub ratione proprii commodi*, potest esse connaturale substantiae intellectuali creatae, et ejus voluntati ; secus vero determinatio ad bonum honestum in communi in ordine ad finem supernaturalem, ut explicatum est [b] » (p. 530).

« [...] adhuc dato, virtutem reddentem creaturam omnino impeccabilem, esse finitam et limitatam ; nihilominus nequit esse omnino connaturalis alicui substantiae creatae, et per consequens nec convenire ei per se, et ab intrinseco, ac ex propriis principiis : quia talis virtus reddens creaturam omnino impeccabilem, idest, etiam circa ultimum finem supernaturalem, esset ordinis supernaturalis et divini : et ideo non posset esse omnino connaturalis praedictae creaturae, neque ex ejus principiis fluere : ut constat in gratia, et lumine gloriae, quae licet sint formae finitae, prout sunt in creaturis, nihilominus quia sunt ordinis supernaturalis, et divini, nequeunt esse omnino connaturales alicui substantiae creatae, vel creabili, aut ex ejus principiis fluere, sed quaelibet creatura haec habens debet ex dono Dei praedicta dona accipere [c].

» Secundo respondetur, impeccabilitatem omnimodam ex natura rei, et ex propriis principiis convenientem, *tam in ordine ad finem naturalem, quam supernaturalem* dicere virtutem, et perfectionem infinitam : quia (ut ex dictis constat) importat, quod id, quod sic est impeccabile, habeat in se omnem rationem boni, sit actus purus, et ultimus finis, primaque regula suarum operationum [d], cum tamen impeccabilitas ex dono Dei, et per gratiam conveniens non dicat praedictam infinitatem, Et propterea anima Christi Domini, et beati possunt ex dono gratiae reddi omnino impeccabiles » (p. 530).

Le principe rappelé en [a] est lumineux : *le bonum honestum* transcende infiniment chacun des biens particuliers angéliques comme humains. En vertu de ce principe nous voyons notre thèse bien affirmée en [d], où nous lisons encore *in sensu diviso* (et pas seulement, comme l'auteur, *in sensu composito*) : *impeccabilitatem omnimodam ex natura rei*,

*et ex propriis principiis convenientem, tam in ordine ad finem naturalem, quam supernaturalem dicere virtutem et perfectionem infinitam.*

Dans le texte [b] l'auteur fait très clairement ressortir, bien malgré lui, que ce qu'il appelle impeccabilité naturelle angélique est une propriété métaphysico-psychique, puisqu'il s'agit d'une détermination qui joue directement sous le signe de l'amour de soi : *sub ratione proprii commodi*. Cette détermination est évidemment connaturelle à l'ange, mais elle ne décide pas de sa moralité.

Le texte [c] est parfait. Mais le principe ici rappelé (rien de surnaturel n'est connaturel à la créature) s'applique non seulement aux réalités ontologiques, morales et psychologiques de l'ordre surnaturel couronné par la vision béatifique, auxquelles pense l'auteur : il s'applique encore à la règle même de moralité (vouloir divin) qui transcende les deux ordres naturel et surnaturel, tout en demeurant immanente à chacun d'eux.<sup>20</sup>

### III. LE P. ANTOINE EXPOSE ET DÉFEND LA THÈSE DE L'IMPECCABILITÉ RELATIVE

#### A. *Les positions en présence*

Les discussions précédentes révèlent ce que nous pourrions appeler l'ambiguïté du *dubium II* que nous abordons maintenant.

DUBIUM II. *Utrum sit dabilis per divinam potentiam aliqua substantia intellectualis creata, quae praecise circa finem naturalem sit ex propria natura, per se primo, directe, et immediate impeccabilis?*

« Postquam explicuimus, non esse dabilem substantiam intellectualem creatam, quae circa utrumque finem, nempe naturalem, et supernaturalem, sit ex natura sua omnino impeccabilis, restat, ut explicemus, an sit dabilis aliqua substantia creata, et intellectualis per divinam potentiam, quae per se, et ab intrinseco sit impeccabilis praecise circa finem naturalem? » (p. 531).

<sup>20</sup> RFPA, pp. 69-72 ; p. 86, n. 1 ; p. 87, n. 4. Nous n'entendons pas, pour autant, réduire la morale surnaturelle à la morale naturelle, ni prétendre que, sans la grâce, un acte puisse être surnaturellement bon. Autre chose est d'affirmer que le critère de la moralité, *transcendant* l'ordre naturel et surnaturel, est *immanent* à l'un comme à l'autre, autre chose est d'affirmer que cette immanence joue, de part et d'autre, de manière univoque : elle joue, car la grâce ne détruit pas la nature, mais elle joue de manière *analogue*, car la grâce surélève et ennoblit la nature.



Il faut préciser le sens de *finis naturalis*. Tout est là.

L'ange est appelé à une fin dernière naturelle ou surnaturelle, selon qu'il est appelé à contempler Dieu avec amour dans le miroir étincelant mais limité de sa propre essence angélique, ou dans le face à face de la vision béatifique, mais, en toute hypothèse, l'ordre du bien moral est réalisé par une élection méritoire ou manqué par une élection coupable.

Même dans l'ordre naturel, l'ange doit librement résoudre son problème moral de manière inéluctable, pour ou contre Dieu, Souverain Bien, règle de moralité, car s'il est connaturel à l'ange de connaître Dieu, c'est toutefois d'une connaissance *par speculum et in aenigmate*, qui n'est pas connaturelle à Dieu. Cette distance analogique infinie fonde précisément la raison pour laquelle, de soi, loin de pouvoir exiger comme un dû sa fin dernière béatifiante, toute créature spirituelle doit, d'abord, librement communier dans l'amour et comme à l'obscur au divin Vouloir de Celui qu'elle ne voit pas.

L'ange est plus que l'homme et moins que Dieu.

Parce que sa nature est au-dessus de la nôtre, l'ange ne peut mériter ou démériter qu'une seule fois de manière absolument définitive; il ne peut pécher ni véniellement, ni matériellement, ni d'un péché qui soit directement contre sa nature, dans une sorte d'inversion de ses finalités internes, à son propre niveau. Mais parce que l'ange n'est pas Dieu, il peut commettre le pur péché de l'esprit, c'est à dire se révolter pour se révolter, dans la haine de Dieu, sans aucune circonstance excusante ni atténuante, et perdre ainsi, par orgueil, le bonheur même auquel il était destiné dans l'amour de Dieu.

Voilà pourquoi nous sommes tout à la fois et si près et si loin de la thèse que nous critiquons. Il ne s'agit pas tant d'une réfutation que d'une mise au point. L'auteur écrit en effet :

« § I. *Explicatio tituli.*

» 33. Ut autem intelligatur cur in titulo addiderimus particulas illas, *per se primo, directe, et immediate*, notandum est, dupliciter posse aliquam creaturam esse peccabilem circa finem naturalem: vel per se primo, directe, et immediate, vel mediate, indirecte, et ex consequenti. Primo modo creatura intellectualis est peccabilis, cum potest velle immediate, et directe, ac per se primo aliquid contrarium bono naturae, et Deo, ut fini naturali; ut cum potest velle mendacium, aut furtum, vel aliquid hujusmodi [a]. Secundo vero modo creatura intellectualis dicitur peccabilis, quando etsi hoc modo non possit velle aliquid contrarium bono naturae, et Deo ultimo ejus fini naturali, nihilominus potest primo, immediate et directe peccare contra finem supernaturalem, et deinde mediate, et ex consequenti, atque adeo indirecte delin-

quere contra finem naturalem, seu contra Deum, ut est finis naturalis [b].

» Hinc ergo intelligitur, cur in titulo addiderimus particulas illas, *per se primo, directe et immediate*. Quoniam suppositis illis, quae dubio praecedenti diximus, nempe, non posse dari substantiam creatam intellectualem, quae per se, et ab intrinseco sit omnino impeccabilis, tam circa finem naturalem, quam supernaturalem, solum remanet difficultas, an dabilis sit per divinam potentiam praedicta substantia, quae per se primo, directe, et immediate sit ab intrinseco impeccabilis praecise circa finem naturalem? [c] Quoniam, quod talis substantia deberet esse indirecte mediate, et ex consequenti peccabilis contra hunc finem, bene, et facile deducitur ex eo, quod per se, et ab intrinseco non esset impeccabilis circa finem supernaturalem [d] » (pp. 531-532).

[a] Nous le concédons sans peine, l'homme peut pécher contre Dieu en voulant quelque chose de contraire à sa propre nature d'homme, tandis que l'ange ne peut pas pécher en voulant de même quelque chose d'opposé à sa nature angélique, au niveau de celle-ci.

Le texte [b] recouvre l'équivoque de la fin surnaturelle déjà dénoncée. Il est nécessaire de distinguer en Dieu l'auteur de la nature et l'auteur de la surnature, car l'ordre surnaturel de la grâce, des vertus théologiques et de la lumière de gloire dépasse infiniment les exigences de toute nature créée et créable, mais, bien que l'ordre naturel et l'ordre surnaturel diffèrent ainsi de manière irréductible, quant au terme de la béatitude et aux moyens spécifiques d'y atteindre, ils ont néanmoins ceci de commun, notamment, que, dans son infinie transcendance, le Vouloir divin demeure toujours, de part et d'autre, la règle de moralité. Or, du point de vue précis de cette *transcendance* « sur-naturelle » de la règle suprême, la distinction de la volonté en Dieu comme Auteur de la nature et comme Auteur de la surnature, ne présente aucun intérêt dialectique.

[c] Pour nous, l'ange est toujours peccable *circa finem supernaturalem* (à savoir la règle même de moralité), qu'il soit appelé ou non à la vision béatifique, et il demeure vrai, en l'une et l'autre hypothèse, que le péché de l'ange ne sera pas directement un péché *contra naturam angelicam* au titre de ses finalités internes, mais directement *contra Deum ut est in se* dans une révolte d'orgueil.

[d] S'il était moralement impeccable dans l'ordre naturel, l'ange serait définitivement impeccable.

## B. Argumentation du P. Antoine

Le syllogisme de base est, somme toute, le suivant.

Les deux conditions nécessaires et suffisantes de l'impeccabilité sont la double détermination pratique de l'intelligence et de la volonté en fonction de la fin dernière, — la détermination de la volonté étant fonction de celle de l'intelligence.

Or, cette double détermination peut être donnée chez l'ange, dans l'ordre naturel.

Il n'est donc pas contradictoire que l'ange soit impeccable en fonction de sa fin dernière naturelle.<sup>21</sup> Le texte poursuit :

« 36. [...] Consequentia videtur perspicua. Minor autem probatur. Nam si istae determinationes essent ordinis supernaturalis, et divini, nequirent convenire alicui substantiae creatae, aut creabili per se, et ab intrinseco, ex eo, quod implicaret, esse illi connaturales; non tamen hoc ipso, quod sint ordinis naturalis, ut revera sunt; quia ex ipso possunt esse connaturales alicui substantiae creatae, aut creabili; imo necessario hoc debent habere: siquidem quaevis virtus permanens, et ordinis naturalis, qualis essent praedictae determinationes, quippe solum respicientes finem naturalem, necessario est connaturalis alicui substantiae creatae, aut creabili: alioqui esset ordinis supernaturalis, et divini, cujus proprium est, ut virtus hujus ordinis sit ita superexcedens, ut nequeat alicui substantiae creatae, aut creabili esse connaturalis [a].

» Major autem probatur. Quoniam stantibus his duabus determinationibus, nequibit intellectus ab actuali, et formali praesentatione practica finis, aut voluntas ab actuali dilectione ejusdem finis naturalis desistere, et per consequens intellectus manebit determinatus ad prae-

<sup>21</sup> « 36. Ratio autem fundamentalis hujus assertionis desumitur ex divo Thoma locis dubio sequenti referendis, eamque quodammodo insinuat quaestione 24 de Veritate, articulo octavo, potestque sub hac forma proponi. Quoniam ad praedictam impeccabilitatem duae determinationes requiruntur, et suffiunt. Prima quidem ex parte intellectus se tenens, per quam sit determinatus ad considerationem practicum naturalis finis, et (saltem quando necessitas urget) quorumlibet agibilium per se primo directe, et immediate versantium circa eundem finem, quae sit sufficiens ad hoc, ut moveat tunc voluntatem in ordine ad prosecutionem omnium mediorum eidem fini conformium, et ad illum necessarium. Secunda vero ex parte voluntatis, quae sit satis ad determinandum ipsam ad actualem dilectionem ultimi finis naturalis super omnia, sitque sufficiens, et efficax ad excludendas quascumque offensas, per se primo, directe, et immediate versantes contra illum, idest, non mediante alio fine, nempe supernaturali; sive illae sive [leg. sint] graves, sive leves. At non involvit contradictionem fieri a Deo praedictam creaturam intellectualem, per se, et ab intrinseco habentem has duas determinationes: ergo nec implicabit, produci ab illo eandem creaturam, quae ab intrinseco habeat esse per se primo directe, et immediate impeccabilem circa finem naturalem » (p. 533).

sentationem practicam omnium agibilium, quoties oportuerit : et voluntas habebit esse determinatam ad omnia media requisita ad conservationem amoris praedicti finis, qualia sunt vitationes omnium peccatorum mortalium, et venalium, quae per se primo, immediate, et directe sunt contra eundem finem : sicut beati (proportione tamen servata) habent ex dono gratiae esse omnino impeccabiles, quia ex dono illius habent utramque determinationem, nempe ex parte intellectus, et ex parte voluntatis [b] » (p. 533).<sup>22</sup>

[a] L'auteur concède d'abord que les valeurs surnaturelles et divines ne peuvent être connaturelles à aucune créature, et c'est l'essentiel, mais, poursuit-il, toute créature est évidemment connaturelle à sa fin naturelle. Or, il faut s'entendre.

Il s'agit de savoir si la volonté divine, règle de moralité, est ou non, *en soi*, connaturelle à l'essence angélique. Or, s'il est bien connaturel à l'ange de saisir sa règle ultime de moralité, il ne la saisit cependant, lui aussi, que de manière analogique, *in aenigmate*, et c'est pourquoi celle-ci ne lui est pas connaturelle, *ut est in se*. D'où peccabilité de l'ange, même dans l'ordre naturel.<sup>23</sup>

[b] C'est exact, une fois fixée dans sa fin dernière même naturelle, la créature ne péchera plus et ne pourra plus pécher.

[c] (donné, note 22) Si périmée soit-elle, la physique des corps célestes occasionne une comparaison qui garde encore un intérêt. Il est hautement convenable, en effet, qu'existent des créatures spirituelles dont l'ordre propre, ontologique et psychologique jouisse d'un parfait équilibre interne dans son « mécanisme » de nature, et ce sont les anges (les *naturalia* demeurent *integra* jusque chez l'ange révolté), mais une créature spirituelle de soi moralement impeccable serait comme l'analogue

<sup>22</sup> « 36. [...] Confirmatur argumento ultimo dubio praecedenti adducto pro contraria sententia, quod etsi illam non suadeat, videtur tamen assertionem hanc, et rationem praecedentem sufficienter confirmare, si ad formam reducat. Quoniam inter corpora datur aliquod corpus ita perfectum, quale est corpus coeleste, ut sit omnino indefectibile in suis operationibus naturalibus : ergo inter substantias spirituales erit (saltem per divinam potentiam) dabilis aliqua ita perfecta, ut saltem per se primo, immediate et directe sit indefectibilis, *non quidem in actionibus supernaturalis, et divini ordinis*, sed naturalibus, et versantibus circa finem naturalem. Patet consequentia. Tum, quia quod reperitur in rebus inferioris ordinis, debet nobiliori modo inveniri in rebus ordinis superioris, saltem quando pertingunt ad magnam intra praedictum ordinem perfectionem. Tum etiam, quia si corpus elevatum inter alia corpora habet ratione hujus elevationis, et majoris perfectionis supra illa, esse indefectibile in suis operationibus, non erit cur substantia spiritualis, saltem valde elevata inter alias substantias itidem spirituales, non habeat ratione hujus elevationis esse *indefectibilis in suis operationibus ordinis naturalis* [c] » (pp. 533-534).

<sup>23</sup> RFP, pp. 68-74.

d'un corps physique qui penserait, fût-il céleste, c'est à dire une contradiction dans les termes. La créature spirituelle ne peut pas plus être métaphysiquement impeccable qu'une étoile ne peut avoir conscience d'exister en paix dans les cieux physiques. Et le bonheur éternel est impossible dans la révolte contre Dieu.

### C. *Objections, réponses*

#### I. *Impeccabilité, vision béatifique*

Vasquez objecte que l'ange sera, de soi, métaphysiquement peccable aussi longtemps qu'il ne jouira pas de la vision béatifique.<sup>24</sup> Voici la réponse du P. Antoine :

« 40. [...] Secundo respondetur, sive magis explicatur praecedens solutio, dicendo, quod ad habendum semper, et necessario praedictum amorem Dei super omnia, satis est cognitio Dei auctoris naturalis ita perfecta, ut sit satis ad beatificandum habentem illam, beatitudine intra ordinem naturae: quia summum bonum beatificans intra aliquem ordinem, et actu possessum ut beatificans, sicque propositum voluntati, habet etiam ex natura sua necessitare eam ad illius amorem. Quare, cum in praesenti detur praedicta cognitio, non mirum dari necessitatem ad amorem jam dictum » (pp. 535-536).

Nous concédons sans peine que l'ange puisse être définitivement fixé dans l'amour de Dieu, fin dernière, même dans l'ordre naturel, mais ce ne sera pas au titre des exigences de la nature ni de l'intelligence angéliques; ce sera après avoir librement choisi d'aimer Dieu pour toujours.

Veut-on maintenir que se soit au titre des exigences de la nature angélique? L'ange est alors déterminé de manière connaturelle face au Vouloir divin, règle de moralité, *in termino*, de droit, dès son premier instant: il est définitivement impeccable, car l'élévation à l'ordre surnaturel ne pourrait que renforcer de telles exigences de la nature, soit au titre du Vouloir divin, soit à celui de la fin dernière. Mais, en vérité, aucune nature créée n'est connaturelle à Dieu.

<sup>24</sup> « 39. [...] Deus solummodo clare visus, prout est in se, determinat sive necessitat ad sui dilectionem super omnia. [...] Sed creatura de qua loquimur, quantumvis esset elevata, non pertingeret per se et ex natura sua ad praedictam visionem claram Dei, neque ad hoc ut per se, et ab intrinseco haberet lumen gloriae: ergo neque ad hoc, ut esset determinata ad cognitionem, et amorem, de quibus in hac ratione D. Thomae fit sermo » (p. 535).

## 2. Dieu fin dernière naturelle et fin dernière surnaturelle

Les adversaires du P. Antoine insistent encore : une créature nécessairement déterminée, du point de vue moral, à l'égard de Dieu, fin dernière naturelle, ne pourra jamais se détourner de Dieu, fin dernière surnaturelle. Ce serait contradictoire, car il s'agit d'un seul et même Dieu, à l'unique point de vue de la moralité.<sup>25</sup>

Nous faisons pleinement nôtre cette objection. Elle paraît décisive. Voici la longue réponse du P. Antoine.

« 42. Respondetur concedendo majorem, et negando minorem. Ad probationem autem ut occurramus, supponendum est, quod si supra-dicta creatura non erat ordinata actu in Deum finem supernaturalem, tunc, ex suppositione hujus status, et in sensu composito istius non ordinationis, satis esset ad dilectionem Dei super omnia auctoritas naturalis absolute sumptam, quod ex vi praedictae dilectionis efficaciter excluderentur omnia peccata tam gravia, quam levia directe pugnancia contra Deum finem naturalem: quia respectu hujus creaturae, et in sensu composito suae non ordinationis in finem supernaturalem sic se habent praecepta naturalia, quae solum indirecte, et mediante violatione directa praeceptorum supernaturalium possunt ab illa violari, ac si non essent: et ideo nequiret peccare adhuc indirecte contra Deum authorem naturalem, haberetque dilectionem super omnia propriam illius status absolute, et simpliciter dictam [a]. Si vero praedicta creatura postea, aut simul dum producitur, ordinaretur in Deum finem supernaturalem [b], tunc determinatio, quam ex natura sua haberet ad dilectionem super omnia Dei finis naturalis, non se minus, aut amplius extenderet, quam in priori statu: non tamen tunc esset sub determinatione dilectionis Dei super omnia, ut est finis naturalis absolute, et simpliciter dictae: quia tunc objectum dilectionis

<sup>25</sup> « 41. Tertia objectio est. Quoniam si ratio D. Thomae aliquid probaret, persuaderet utique, hanc determinationem ad dilectionem Dei finis naturalis convenientem praedictae creaturae fore inseparabilem ab illa, quippe quae illi incessanter, et per modum naturae conveniret. Maxime, quia praedicta determinatio, hoc ipso quod esse[t] ordinis naturalis, deberet esse propria alicujus substantiae creatae, aut creabilis, et connaturalis illi, ut in hac ratione dicebamus. At determinatio ad hunc amorem, et amor ipse nequeunt per se, et ab intrinseco inseparabiliter convenire praedictae substantiae: ergo, etc.

» Minor probatur. Quoniam quaevis substantia intellectualis creata, aut creabilis suae naturae relicta, est peccabilis directe circa Deum ultimum finem supernaturalem, et indirecte circa ipsum, ut est ultimus finis naturalis: at ea sic peccante, nequit manere determinatio ad diligendum Deum auctorem naturae super omnia, aut amor iste super omnia: alioqui maneret aversa a Deo ultimo fine supernaturali, et conversa ad eundem, ut est ultimus finis naturalis: et per consequens haberet duos ultimos fines: imo et diligeret Deum super omnia, et ratione hujus dilectionis esset impeccabilis: quia persistente praedicta dilectione, nequit averti a Deo, et non diligeret ipsum super omnia, adhuc ut est finis naturalis: siquidem amor iste est impossibilis cum transgressionem adhuc indirecta praeceptorum naturalium » (p. 536).

super omnia absolute et simpliciter dictae, et illa, super quae Deus esset diligendus, amplius se extenderent ratione status, quam antea : siquidem in eo eventu dilectio Dei super omnia absolute, et simpliciter dicta exigeret, quod praeponeretur Deus tam illis bonis, quae ex se invitant ad transgressionem praeceptorum naturalium directam, quam indirectam, secus vero, quandiu praedicta creatura remaneret sub statu non ordinationis [c]. Et ideo in priori illo statu non ordinationis ipsius in Deum finem supernaturalem, converteret creaturam illam in Deum, ut in ultimum finem simpliciter talem licet naturalem ipsius, secus vero in posteriori statu [d] » (p. 536).<sup>26</sup>

Nous sommes bien au vif du sujet. Voici nos remarques :

[a] Là, l'auteur rappelle et formule sa thèse, quant à l'impeccabilité dans l'ordre naturel.

[b] L'auteur admet ainsi que l'ange puisse être créé dans l'état de nature et n'être élevé que postérieurement à l'ordre surnaturel. Il est bon de le souligner.

